

VERS. 12. — EGRESSUS EST. Conatus est egredi. Ut divideret se inde, etc. *Quidam* quod se *illuc* congregaret de medio populi. Hebraice ad verbum, ut *lubrificaret* se, id est, more rei lubricæ, se illuc proriperet, q. d. : cum soluta obsidione multi proficiscerentur rus, conatus est Jeremias ut permittit turbæ egredienti, elaberetur illinc, voluitque per mediam turbam ex urbe se subducere. Chaldaeus paraph. quem secutus est vetus interpres, vertit : *Ut divideret possessionem suam ibi*. Verum prior interpretatio doctis magis probatur.

VERS. 13. — PÆPOSITUS, ad verbum *dominus præfecture*, id est, præfectus portæ illius. TRANSFUGUS. Ad verbum, *cadis*, id est, ut vis delicere à nobis ad Chaldaeos. Sequenti versu idem verbum repetitur (1).

VERS. 15. — IPSAM ENIM, etc., eam enim fecerant domum carceris, sub. scriba regi.

VERS. 16. — ET IN LOCUM, etc., et in ergastulis, sive hospitaliis, id est, in locum horrendæ foreæ et atræ, et ad cellulas ubi detinebantur vinciti. Hæc arguunt carcerem domus Jonathan fuisse tetrum atque horrendum (2).

enim virgo, ut dixi cap. 16. 2. sed fratribus et propinquis. Aut ut possessionem que sibi forte obvenerat, vel agrum quem emerat ab Hanamel, cap. 32. 9. ab aliis ejus et vicinorum agris, demitteret et divideret : ita S. Thom., Lyran. et Dionys.

1° Verum agro obstat, quod ager ille postea sit emptus, scilicet, cum Jeremias incarcerationis esset (qui hic. v. 4. dicitur fuisse liber, unde et orbe egredi voluit v. 10.) scilicet, anno decimo Sedecia, cum paulo post expugnata est Jerusalem, ut patet c. 52. v. 1. et 2. Adde peccè frustra fuisse hæc partitio bonorum, ut pote qua in predam cessura mox erant victori Chaldaeo : potuit tamen eam pretexere Jeremias fugæ suæ, ut mox dicam.

2° Sanchez explicat, q. d. : Egressus est Jeremias de Jerusalem, ut domum et habitationem à populo Solymitano divideret, id est, ut à populo jamjam vastando et perituro subtraheret ; dividere autem in conspectu civium, nil est aliud quam spectantibus civibus fugam illam seu discessum moliri. Hic sensus in Hebraeo est planior : nam ex Hebræo potest sic verti cum Vatablo et Pagnino, ut *lubrificaret exinde in medio populi*, id est, ut more rei lubricæ dilaberetur ex urbe in medio populi, qui turmatim soluta jam obsidione ex urbe egrediebatur. Aut, ut *divideret se à populo*, id est, ut scederet ab urbe. Videns enim Jeremias Sedeciam et proceres sibi offensos, et paræ carceres, allaque difformi : simul prævidens paulo post Jerusalem, et omnia que in eâ erant, vastanda esse, mature voluit sibi consulere, ac occasione discedendi de rebus suis, abire in Anathoth, et ex Jerusalem se subducere, ut se excidio eriperet. Septuag. vertunt, ut *emeret inde* (aliquid) *in medio populi*, id est, in mercato, quod Theodor. explicat, q. d. : Ut emeret panes : erat enim fames in urbe paulo ante obsessâ.

(Corn. à Lap.)

(1) **VERS. 14.** — CÆSUM EUM MISERUNT IN CARCEREM, qui erat in domo Jonathan, privatum in carcerem, inquit Theodoritus : publicus enim plebis vincis erat. Hoc non tradit Scriptura, neque causam aliquam offert, cur Jonathan carcer electus potissimum fuerit. Illud solum narrat, angustissimum fuisse et altissimum, regique supplicasset Jeremiam, ne sese iterum eo mitteret, certè interitum ; vers. 19 : *Ne remittas me in domum Jonathan...*, ne moriar ibi. Antequam in vincula daretur, cæsus fuisse videtur Virg., ceu fugitivus, et patriæ proditor. (Calmet.)

(2) Or le roi Sédécias l'envoya ensuite tirer de ce

VERS. 17. — NON EST VERBUM À DOMINO? q. d. : Habes revelationem à Domino ; estne verbum Dei quod in tam constanter loqueris ? estne prophetia tua, quæ prædixisti adventum Chaldaeorum, auctor Dominus ? ET DIXIT : vel, *Addiditque* (1).

VERS. 20. — CADAT, OBSCURO, DEPRECATIO. Hoc genere dicendi usus est capite præcedenti, versu 7. Latini dicent : Sine ut impetrem qua peto ; sine te extorem. At in activâ voce, prosternere orationem aut facere cadere orationem, est humiliter supplicare ; ut capite sequenti, versu 26. *IEBONATHAN*. Malebat in *carcere regio* agere Jeremias, quàm *carcere Jonathan*, qui privatus ut erat. Nam futurum erat ut plures eum inviserent in publico agentem quàm in privato.

VERS. 21. — COMEDABERUNT. (Vid. supra, 56. 20.) *IN ATRIO CUSTODIAE*, id est, in publico carcere qui erat in atrio regie, et non in carcere domus Jonathan scribæ. *TORTAM*, vel, *frustum*. Dabant illi ministri regii *frustum*, sive *portionem panis* ; sic Chaldaeus Paphrastas. *Gallicæ*, un *morceau de pain* ; *frustum panis accepti juxta decretum regis à plateâ pistorum*, aut, *nam magnum panem*, ut nonnulli Hebraeorum interpretantur. *EX PLATEA PISTORUM*. (Alii vertunt, *præter obsidiam*, id est, præter cibos coctos.) ET *MANSIT*, sub., *usque ad expugnationem urbis*, durante obsidione.

cachot, et l'entretenant en secret dans sa maison, il lui demanda : Avez-vous quelque chose à nous dire de la part du Seigneur ? Jérémie lui dit : Oui : Vous serez tirés entre les mains du roi de Babylone. Jérémie est maltraité et mis en prison, sous prétexte qu'il veut s'enfuir vers le roi de Babylone ; mais le roi, saisi que lui attire un traitement si outrageant est qu'il a prêché la vérité, et choqué l'orgueil des grands, qui ne pouvaient supporter qu'on leur prît qu'ils tomberaient sous la puissance de Nabuchodonosor pour avoir désobéi à Dieu. Ceci étant arrivé dans l'entre-temps que les Chaldéens avaient levé le siège de Jérusalem, pour aller combattre les Égyptiens ; lorsque Nabuchodonosor fut revenu l'assiéger, après les avoir mis en fuite, Sédécias, saisi de frayeur, envoya tirer Jérémie du cachot où les grands l'avaient fait mettre : il le fit venir en sa maison, et l'entretenant en secret, il lui demanda confidentiellement, si Dieu lui avait révélé quelque chose sur son sujet. Un prophète moins attaché que Jérémie à son devoir, et un peu plus complaisant envers un prince qui venait de le tirer de prison, se serait cru obligé de le ménager, et même de lui témoigner par là sa reconnaissance ; mais sa langue n'était pas à lui non plus que son cœur, puisqu'il les avait entièrement consacrés à Dieu. Ainsi, se considérant devant ce prince comme l'envoyé de Dieu, et ne pouvant lui dire autre chose que ce que Dieu même lui inspirait, il lui déclara nettement la vérité, mais avec vérité foudroyante pour un prince très-orgueilleux, tel qu'il était : *Oui*, lui dit-il, j'ai une parole du Seigneur à vous déclarer ; et cette parole est, que vous serez tirés entre les mains du roi de Babylone. Quelle confusion pour ce roi dit peuple de Dieu ! d'être condamné par cet agent irréprochable du Juge suprême, à devenir le captif d'un roi barbare ! Mais qu'il était juste qu'ayant refusé de se soumettre volontairement à Dieu même ; il se vit assujéti à un homme, malgré lui ! (Sacy.)

(1) **VERS. 19.** — NUNC ERGO APTI, etc. NE ME REMITTAS, etc., quia ibi erat carcer nimis durus. Ne assensit rex non de totali liberatione propter principes, sed de mutatione carceris ad locum magis humanum, et providens ei de victu. (Lyranus.)

CAPUT XXXVII.

1. Audivit autem Saphatias filius Mathan, et Gedelias filius Phassur, et Juchal filius Selmia, et Phassur filius Melchias, sermones quos Jeremias loquebatur ad omnem populum, dicens :

2. Hæc dicit Dominus : Quicumque manserit in civitate hæc, morietur gladio, et fame, et peste : qui autem profugerit ad Chaldaeos, vivet, et erit anima ejus sospes et vivens.

3. Hæc dicit Dominus : Tradendo tradetur civitas hæc in manu exercitûs regis Babylonis, et capiet eam.

4. Et dixerunt principes regi : Rogamus ut occidatur homo iste : de industria enim dissolvit manus virorum bellantium, qui remanserunt in civitate hæc, et manus universi populi, loquens ad eos juxta verba hæc : siquidem homo iste non querit pacem populo huic, sed malum.

5. Et dixit rex Sedecias : Ecce ipse in manibus vestris est : nec enim fas est regem vobis quidquam negare.

6. Tulerunt ergo Jeremiam, et projecerunt eum in lacum Melchias filii Amelech, qui erat in vestibulo carceris : et submiserunt Jeremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum : descendit itaque Jeremias in cœnum.

7. Audivit autem Abdemelech Æthiops vir eumachus, qui erat in domo regis, quod mississet Jeremiam in lacum : porro rex sedebat in porta Benjamin.

8. Et egressus est Abdemelech de domo regis, et loquens est ad regem, dicens :

9. Domine mi rex, malefecerunt viri isti omnia quecumque perpetrarunt contra Jeremiam prophetam, mittentes eum in lacum ut moriatur ibi fame : non sunt enim panes ultra in civitate.

10. Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens : Tolle tecum hinc triginta viros, et leva Jeremiam prophetam de lacu, antequam moriatur.

11. Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario : et tulit inde veteres pannos, et antiqua quæ computruerant, et submisit ea ad Jeremiam in lacum per funiculos.

12. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Jeremiam : Pone veteres pannos et hæc scissa et putrida, sub cubito manuum tuarum, et super funes. Fecit ergo Jeremias sic.

13. Et extraxerunt Jeremiam, funibus, et eduxerunt eum de lacu : mansit autem Jeremias in vestibulo carceris.

14. Et misit rex Sedecias, et tulit ad se Jeremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini, et dixit rex ad Jeremiam : Interrogo ego te sermonem : ne abscondas à me aliquid.

15. Dixit autem Jeremias ad Sedeciam : Si annuntiavero tibi, numquid non interficies me ? et si consilium dederò tibi, non me audies.

16. Juravit ergo rex Sedecias Jeremiam clam, dicens : Vivit Dominus, qui fecit nobis animam hæc,

CHAPITRE XXXVII.

1. Saphatias, fils de Mathan, Gédélias, fils de Phassur, Juchal, fils de Sélémas, et Phassur, fils de Melchias, avaient entendu les paroles de Jérémie à tout le peuple, lorsqu'il leur disait :

2. Voici ce que dit le Seigneur : Quiconque demeurera dans cette ville mourra par l'épée, par la famine ou par la peste ; mais celui qui se retirera vers les Chaldéens vivra, et il sauvera son âme.

3. Voici ce que dit le Seigneur : Cette ville sera livrée très-certainement à l'armée du roi de Babylone, et il la prendra.

4. C'est pourquoy les grands dirent au roi : Nous vous supplions de commander qu'on fasse mourir cet homme, car il affaiblit à dessein le courage des hommes de guerre qui sont demeurés dans la ville, et le courage de tout le peuple, en leur disant ces paroles qu'il a coutume de dire, parce que cet homme ne cherche point la prospérité, mais le malheur de ce peuple.

5. Le roi Sédécias leur répondit : Je vous le remets entre les mains, car il n'est pas juste que le roi vous refuse aucune chose.

6. Ils prirent donc Jérémie, et ils le jetèrent dans la basse-fosse de Melchias, fils d'Amelech, qui était dans le vestibule de la prison ; et l'ayant attaché avec des cordes, ils le firent descendre dans cette basse-fosse, où il n'y avait point d'eau, mais de la boue. Et Jérémie descendit dans cette boue.

7. Or Abdemelech, Ethiopien, eumachus, qui était dans la maison du roi, sut qu'on avait fait descendre Jérémie dans cette basse-fosse ; le roi était alors dans son siège, à la porte de Benjamin ;

8. Et Abdemelech, étant sorti du palais du roi, vint le trouver ; et lui dit :

9. O roi, mon seigneur, ces personnes qui ont fait tout ce mal à Jérémie ont commis une très-mauvaise action, l'ayant jeté dans une basse-fosse, afin qu'il y meure de faim, puisqu'il n'y a plus de pain dans la ville.

10. Le roi fit donc ce commandement à Abdemelech, Ethiopien : Prenez d'ici trente hommes avec vous, et tirez le prophète Jérémie de cette basse-fosse, avant qu'il meure.

11. Abdemelech, ayant pris ces hommes avec lui, entra dans le palais du roi, dans un lieu qui était sous le garde-meuble, et il en tira de vieux morceaux de drap et de vieilles étoffes qui étaient usées, et les fit descendre à Jérémie avec des cordes dans la basse-fosse.

12. Et Abdemelech, Ethiopien, dit à Jérémie : Mettez ces vieux draps et ces morceaux d'étoffes usées sous vos aisselles, entre vos bras et les cordes. Jérémie fit ce qu'il lui avait dit.

13. Et ils enlevèrent Jérémie avec les cordes, et le tirèrent hors de la basse-fosse ; et il demeura dans le vestibule de la prison.

14. Après cela le roi Sédécias envoya quérir le prophète Jérémie, et il le fit venir à la troisième porte qui était en la maison du Seigneur, et le roi dit à Jérémie : J'ai un avis à vous demander ; ne me cachez rien.

15. Jérémie répondit à Sédécias : Si je vous annonce la vérité, n'est-il pas certain que vous me ferez mourir ? et quand je vous aurai donné conseil, vous ne m'écouteriez point.

16. Le roi Sédécias jura donc en secret à Jérémie, et lui dit : Je jure par le Seigneur, qui a créé et nous cette âme qui nous fait vivre, que je ne vous ferai

si occidero te, et si tradidero te in manus virorum istorum, qui querunt animam tuam.

17. Et dixit Jeremias ad Sedeciam: Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, vivet anima tua, et civitas hæc non succendetur igni: et salvus eris tu, et domus tua.

18. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur civitas hæc in manus Chaldaeorum, et succendent eam igni: et tu non effugies de manu eorum.

19. Et dixit rex Sedecias ad Jeremiam: Sollicitus sum propter Judæos, qui transfugerunt ad Chaldaeos: ne forte tradar in manus eorum, et illudant mihi.

20. Respondit autem Jeremias: Non te tradent: audi, quæso, vocem Domini, quam ego loquor ad te, et bene tibi erit, et vivet anima tua.

21. Quod si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi Dominus:

22. Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Juda, educentur ad principes regis Babylonis, et ipse dicit: Seduxerunt te, et prævalerunt adversum te viri pacifici tui: demerserunt in cæno et in lubrico pedes tuos, et recesserunt à te.

23. Et omnes uxores tuæ et filii tui educentur ad Chaldaeos: et non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: et civitatem hanc comburet igni.

24. Dixit ergo Sedecias ad Jeremiam: Nullus sciat verba hæc, et non morieris.

25. Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, et venerint ad te, et dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne cæles nos, et non te interficiamus, et quid locutus est tecum rex;

26. Dices ad eos: Prostravi ego preces meas coram rege, ne me reduci juberet in domum Jonathan, et ibi morerer.

27. Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam, et interrogaverunt eum: et locutus est eis, juxta omnia verba quæ præceperat ei rex, et cessaverunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

28. Mansit verò Jeremias in vestibulo carceris usque ad diem quo capta est Jerusalem: et factum est ut caperetur Jerusalem.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

4. Audivit autem Sephatiah filius Matthan, et Godaliahu filius Paschur, et Iuchal filius Selemiah, et Paschur filius Malchiah verba quæ Irmeiah loquebatur ad omnem populum, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus: Qui manserit in civitate ista, morietur gladio, fame et peste; qui autem exierit ad Chasdim, vivet, et erit anima ejus in spolio et vivet. — 3. Sic dixit Dominus: Tradendo tradetur civitas hæc in manum exercitus regis Babel, et capiet eam. — 4. Et dixerunt principes ad regem: Moriatur, quæsumus, vir iste, quia idcirco debilitat manus virorum belli, qui remanserunt in civitate hæc, et manus universi populi, loquendo ad eos secundum verba hæc: quia vir iste non querit pacem populo huic, sed malum. — 5. Et dixit rex Sidciah: Ecce est in manibus vestris: non enim rex potest contra vos quicquam. — 6. Et tulerunt Irmeiah, et projicere fecerunt eum in cisternam Malchiah filii Hamelech, quæ erat in atrio custodia; et submisserunt Irmeiah funibus: in cisternâ autem non erat aqua, sed cæcum; et defixus est Irmeiah in cæno. — 7. Et audivit Ebed-Melech Æthiops vir eunuchus (et ipse erat in domo regis), quod posuissent Irmeiah in cisternâ; et rex sedebat in portâ Biniamin. — 8. Et egressus est Ebed-Melech de domo regis, et locutus est ad regem, dicendo: — 9. Domine mi rex, malè fecerunt viri isti omnia quæ fecerunt in Irmeiah prophetam, quem pro-

point mourir, et que je ne vous livrerai point entre les mains de ces personnes qui cherchent à vous ôter la vie.

17. Alors Jérémie dit à Sédécias: Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Si vous allez vous rendre aux princes du roi de Babylone, votre âme vivra, cette ville ne sera point brûlée, et vous vous sauverez, vous et votre maison.

18. Si, au contraire, vous ne vous rendez point aux princes du roi de Babylone, cette ville sera livrée entre les mains des Chaldéens, et ils la brûleront; et vous n'échapperez point de leurs mains.

19. Le roi Sédécias dit à Jérémie: Je suis en peine, à cause des Juifs qui ont passé du côté des Chaldéens; j'ai peur qu'on ne m'abandonne entre leurs mains, et qu'ils ne me traitent indignement.

20. Jérémie lui répondit: Les Chaldéens ne vous livreront point entre leurs mains; écoutez, je vous prie, la parole du Seigneur que je vous annonce; vous vous en trouverez bien, et vous conserverez votre vie.

21. Que si vous ne voulez point sortir, voici ce que le Seigneur m'a fait voir:

22. Toutes les femmes qui seront demeurées dans la maison du roi de Juda seront menées aux princes du roi de Babylone, et elles diront: Ces hommes qui paraissent vos amis vous ont séduit; et ils ont fait que leur sentiment a prévalu sur le vôtre; ils vous ont plongé dans la boue, ils ont engagé vos pas dans des lieux glissants, et puis ils vous ont abandonné.

23. Toutes vos femmes et vos enfants seront amenés aux Chaldéens; vous ne pourrez échapper d'entre leurs mains; mais vous serez pris par le roi de Babylone, et il brûlera cette ville.

24. Sédécias dit donc à Jérémie: Que personne ne sache ce que vous venez de me dire, et vous ne mourrez point.

25. Si les grands apprennent que je vous ai parlé, s'ils viennent vous dire: Dites-nous ce que vous avez dit au roi et ce que le roi vous a dit: ne nous cachez rien, et nous ne vous ferons point mourir,

26. Vous leur répondrez: J'ai conjuré le roi par une très-humble prière qu'il ne me fit point ramener dans la prison de Jonathan, où je ne pouvais éviter la mort.

27. Tous les grands, étant donc venus vers Jérémie, l'interrogèrent, et il leur parla selon que le roi le lui avait commandé; et ils le laissèrent en paix, parce qu'on n'avait rien su de ce qu'ils s'étaient dit l'un à l'autre.

28. Jérémie demeura dans le vestibule de la prison jusqu'au jour où Jérusalem fut prise, car il arriva en effet que Jérusalem fut prise.

ficere fecerunt in cisternam, et morietur in loco ipso propter famem, non enim est panis ultra in civitate. — 10. Et præcepit rex ipsi Ebed-Melech Æthiopi, dicendo: Tolle in manu tuâ hinc triginta viros, et ascendere fac Irmeiah prophetam de cisternâ antequam moriatur. — 11. Et assumpsit Ebed-Melech viros qui erant in potestate sua; et ingressus est domum regis, ad locum qui erat sub thesauro; tulitque inde veteres pannos putridos, et veteres corruptos, et misit eos ad Irmeiah in cisternam per funes. — 12. Et dixit Ebed-Melech Æthiops ad Irmeiah: Pone nunc veteres pannos, putridos et corruptos sub axillis manuum tuarum, subter funes, et fecit Irmeiah sic. — 13. Et extraxerunt Irmeiah funibus, et ascendere fecerunt eum in cisternâ; mansitque Irmeiah in atrio custodia. — 14. Et misit rex Sidciah, et tulit Irmeiah prophetam ad se ad introitum tertium, qui erat in domo Domini; et dixit rex ad Irmeiah: Interrogo te verbum, ne abscondas à me quicquam. — 15. Dixit autem Irmeiah ad Sidciah: Si annuntiavero tibi, annon mori faciendo mori facies me? et si consulero tibi, non parebis mihi. — 16. Et juravit rex Sidciah ipsi Irmeiah clam, dicendo: Vivit Dominus, qui fecit nobis animam hæc, si occidero te, et si tradidero te in manus virorum istorum, qui querunt animam tuam. — 17. Et dixit Irmeiah ad Sidciah: Sic dicit Dominus Deus exercituum Deus Israel: Si exendo exieris ad principes regis Babel, vivet anima tua, et civitas hæc non succendetur igni; et vires tu, et familia tua. — 18. Si autem non exieris ad principes regis Babel, tradetur civitas hæc in manum Chasdim, et succendent eam igni; et tu non effugies de manu eorum. — 19. Et dixit rex Sidciah ad Irmeiah: Timeo propter Iehudaos qui transfugerunt ad Chasdim: ne forte dent me in manum eorum, et illudant mihi. — 20. Et dixit Irmeiah: Non tradent; audi, quæso, vocem Domini, quæ loquor ad te, et bene erit tibi, et vivet anima tua. — 21. Si autem renneris exire, hoc est verbum quod ostendit mihi Dominus: — 22. Et ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iehudah, educentur ad principes regis Babel: et ipse dicit: Susceperunt tibi, et prævalerunt tibi viri pacis tui, infixi sunt in cæno pedes tui, conversi sunt retrorsum. — 23. Et omnes uxores tuas et filios tuos educent ad Chasdim, et tu non evades de manu eorum, sed in manu regis Babel capieris; et civitatem hanc comburent facies igni. — 24. Dixit autem Sidciah ad Irmeiah: Nemo sciat verba ista, et non morieris. — 25. Si autem audierint principes quod locutus sum tecum, et venerint ad te, dixerintque tibi: Indica nunc nobis quid locutus es ad regem, ne cæles à nobis et non interficiamus te, et quid locutus est ad te rex: — 26. Dices ad eos: Cadere feci ergo deprecationem meam coram rege, ne reducere faceret me in domum Iehonathan, ne moriar ibi. — 27. Venerunt ergo omnes principes ad Irmeiah, et interrogaverunt eum; et nuntiavit eis juxta omnia verba quæ præcepit rex, et tacerunt ab eo, quia non est exauditum verbum. — 28. Et mansit Irmeiah in atrio custodia usque ad diem quo capta est Jerusalem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — POPULUM. Intelligit eum populum qui illum agentem in carcere adibat et conveniebat.

VERS. 2. — ET, vel, aut, Exod. 21, 15. IN SPOLIUM. (Vid. supra, 21, 9.) (1)

VERS. 4. — MORIATUR, QUÆSUMUS, AGE, OCCIDATUR. INCIRCO, hæc ratione. DEBILITAT MANUS, id est, animos frangit ita ut manibus et reliquis membris corporis uti non possint. QUIA VIR, etc.; subaudiendum: Sed cur talia loquitur? respondet: Quia vir iste non optat felicitatem populi istius, sed afflictionem, sive calamitatem.

VERS. 5. — EGGE EST, etc. De se loquitur in tertîa persona, id est, licet vobis per me Jeremiam affligere. Cùm hoc permisit principibus suis Sedecias, non erat in regîâ, sed in portâ Benjamin, ut sequentia docent (2).

(1) ET ERIT ANIMA EJUS SOSPES, ET VIVENS, et erit anima illi in spolio, id est, pro magno duce, quod vitam suam servaverit, dedens se hostibus. Similis hebraismus supra, cap. 21, 9: Et erit et anima sua quasi spolium, et infra, c. sequenti, vers. 18, et cap. 45, 5. Nam spolia, quæ vi ab hostibus eripimus, in magno habemus pretio. Sic illud exposuimus ad Philipp. 2, 6: Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, id est, non magni fecit, quia naturâ et jure suo, non rapto, æqualitatem Dei habebat. Ad eundem ferè modum R. David R. verò Salom.: Quemadmodum spolium quod ab hostibus sibi creptum pecuniâ redemisset. (Maldonatus.)

(2) Notanda est et detestanda Sedecæ regis levitas toto hoc cap. Primò, interpellatus à principibus con-

VERS. 6. — CISTERNAM, vel foveam, aut, antrum, ATRIO, aut vestibulo. (Vid. supra, 52, 1.) (1)

tra Jeremiam, cùm nollet principes offendere; Nec enim, inquit, fas est regem vobis quidquam negare, permisit Jeremiam in lacum lutosum mitti; deinde, ut sequitur v. 8 et seq., intercedere pro Jeremiâ Abde-melech Æthiops eunuchus, præcepit eum de lacu levâri, antequam moreretur. Sed rursum, suadente ei Jeremiâ ex ore Domini, ut dederat se Chaldæis, iterum timore hominum prohiberi se, id ne faciat, asserit, v. 19: Sollicitus sum, inquit, propter Judæos qui transfugerunt ad Chaldæos ne forte tradar in manus eorum, et illudant mihi. Sane commune est vitium, hæc animi inconstantia, omnibus iis quibus propositum est, neglecto Dei timore, nihil recensare, quod hominibus placet, nihil facere quod iis displicet. Contra quod vitium munit nos Apostolus, dicens, Gal. 1: Si adine hominibus placerem, etc. (Estius.)

(1) DESCENDIT ITAQUE, DEMERSUS EST. In Hebræo. IN CÆNUM. Joseph. 10 Antiq., 10: in cænosum, in qua, potum per funem demiserunt Jeremiam, ut ibi profectus moreretur; illo verò usque ad collummersus ibi manebat. Fuit ergo hic Jeremias typus Christi, qui ait psalm. 68, v. 2: Infusus sum in limo profundi, et non est substantia. Nota. Lacus ibi erat putei vel cisternæ ad colligendam aquam, vel secuti-rientem, vel pluvialem, ideoque crebri in Judæâ, et crebra eorum mentio in Script. Hæc deinde nonnulli usi sunt ad remorem custodiam, vel potius supplicium, ut scilicet eos ibi padore, tæbe et fame conficerent lentâ morte. Talis videtur fuisse hic locus, qui prius fuit puteus vel cisterna Melchior: deinde quia erat juxta carcerem, traductus est ad eorum custodiam, vel potius supplicium. Hi cænosi erant, quia patientes supernè excipiebant pluviam, quæ mixta cum

VERS. 7. — EBER-MELECH. (Quidam vertunt, seruum regis.) ET REX, etc. Quidam hæc jungunt sequenti versu. Cùm autem esset rex in porta Benjamin, egressus est Eber-Melech, etc. (1).

VERS. 9. — IN LOCO IPSO, ad verbum, subitis se. Quidam vertunt : Mortuus est in loco suo, q. d. : Actum est de illo, sive brevi morietur in loco ubi nunc est.

VERS. 10. — IN MANU TUA. (Eandem expressionem in versu sequenti Paganini interpretatur ; in potestate tuâ.) Chaldaeus paraphrastes vertit, tecum.

VERS. 11. — AD (locum qui erat) SUB THESAURO ; concisus sermo. VETERES, etc. Ad verbum, veterationis putriorum, vel tractationum et veterationis corruptorum ; vel consumptionum, id est, pannos veteres,

fundo lacu, faciebat lutum et cœnum. Erant et profundi ; hinc funibus reos eô demittent, uti demiserunt hic Jeremiam. Hinc erant instar barathrae inferni typoni et speciem exhibebant. Talis videtur fuisse cisterna vetus, in quam a fratribus projectus est Joseph, ut ibi moreretur, Genes. 37, et David, psalm. 87, 7 : Posuerunt, inquit, me in lacu inferiori : in tenebris et in umbrâ mortis ; et psalm. 59 : Eduxit me de lacu misericordie, et de luto fecit. Et de Christo, patres à limbo liberante ait Zachar. c. 9 : Emisit tinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Ita Abulens. in c. 25 Matthæ, quasi. 588, et Sanchez.

Moral. nota, Deus tunc maximè adest, cum res videtur planè desperare et deplorare, si sermo inuenitur. Quis non putasset actum de Jeremiâ, cùm communi regis et principum consensu in lacum projectus est ? Ad Deum è adit, uti et promiserat c. 1. eumque confortavit. Hoc est enim quod Deo gratias agens Jeremias ait, Thren. 5, 37 : Appropinquasti in die, quando invocavi te (in lacu, nri precessi) dixisti : Ne times, Quocirca suscitavi Abimelech Ethiopem, qui regis animam hœc, et Jeremiam è lacu extraheret. Mirare hæc et imitari longam patientiam et constantiam Jeremiam : post verbera, post nervum, post lacum, rursùm eadem propheta. Gentilitas mirata est Socratem, quasi virum patientissimum, idcirco sapientissimum ; Socrates enim, teste Laertio, nuntiavit quemdam se maledictis inessere : Bene, inquit, loqui non didicisti, dicenti alteri : Nomen iste tibi maledicisti ? Non, inquit, quia ista mihi non adsunt. Xantippe ejus uxor, cùm in eum prius convicia, deinde aquam sordidam effudisset : Nomen, inquit, dicebam, Xantippen tonantem quâdoque pluituram ? Diceuti Alcibiadi non esse tolerabilem Xantippen adeo morosam : Atqui, ait, ego his jam assuetus sum, ac si iugiter sonum trochlearum audiam, an verò tu non toleras clamore pestilentia canens ? Illo dicente : Al mihi oca pullos peritum. Et mihi, ait, Xantippe filios parit. Asperioris ingenii uxori ita convivendum monebat, ut equis animosis equites. Nam sicut illi, cum eos semel subegerint, retinens faciliè utuntur, ita et mihi post Xantippe usum reliquorum mortaliùm toleratio facilis obvenit. Hinc Pythia dixit : Mortaliùm unus Socrates verè sapit. Verùm quid Socrates ad Jeremiam, qui non unam Xantippen, sed reges, principes omnesque Judæos se persequentes, tot annos tam patienter et fortiter toleravit ? Nimirum servus Dei affectu carnis est mens spiritûs, ut ait auctor Vite B. Petri Damiani, c. 19.

(1) ABIMELECH ETHIOPS. Jam tunc emittis respondere Deum voluit quàm justas causas habere gentes extraneas ad salutem vocandæ. Servat Ethiopis prophetam quem Judæi opprobriabant. Gentes in Christum crediderunt, quem Judæi crucifixerant. IN PORTA BENJAMIN, ubi desideria civium audire solebat. (Grotius.)

VERS. 8. — ET LOCUTUS EST, etc., non clam, sed in publico conventu ; quod commendat magnitudinem animi ejus, etc. (Calvinius.)

pedibus calcantium hinc et illuc tractos, sparsos et disjectos : Gallicè, de vieux haillons.

VERS. 12. — MANUM TUAM, id est, brachiorum tuorum, pars pro toto (1).

VERS. 14. — AD INTROITUM TERTIUM, id est ad portam tertiam templi que regie respondebat, quæ rex è regii templum adibat. INTERROGO, præf. Hebr. profut., interrogatorum sum.

VERS. 15. — ANNUNTIABERO, vel indicavero tibi, sub, quod petis. Etsi, et cùm (2).

(1) VERS. 13. — IN VESTIBULO CARCERIS ubi ante fuerat, c. 37, 21. Hinc prudenter deduxit eum Ebedmelech, ut sedaret rabiem hostium Jeremiæ, etc. (Calvinius.)

(2) Dixit autem Jeremias ad Sedeciam : Si annuntiavero tibi, namquid non interficies me ? etsi consilium dederò tibi, non audies. Ille sententia duo continet merito notanda : unum, quod propheta, licet à Deo haberet revelationem, tamen velut in suo reinet arbitrio, utrum eam regi manifestet an non. Ex quo patet propheticas predicationes non fieri eò impetu quem ratio et prudentia non moderetur, sed posse eos eloqui, posse etiam tacere, pro dicta prudentia. Nam spiritus prophetarum propheta subiecti sunt, ait Apostolus à Corinth. 14, et si alteri fuerit recitatum, prior tacet. Est et alterum, similiter ad commendabilem prophete prudentiam pertinens. Interrogatur à rege quid de civitate sit futurum ; recusat Jeremias respondere, nisi promissâ prius securitate vite. Idque rectè : nam sciebat eum suo consilio non obtemperaturum. Et hæc simili prudentia etiam christianus predicator uti debet, ubi videt certum imminere mortis periculum, ut scilicet, ubi videt certum christianus predicator uti debet, ubi videt certum imminere mortis periculum, ut scilicet, ubi videt certum prædicatione nullam sperari utilitatem, sed è contra magna sæpe pericula, potius cum Jeremiâ tunc nihil temerè loquatur. (Eustius.)

VERS. 16. — QUI FECIT NOBIS ANIMAM HANC, id est, dedit hanc vitam, sive vilalem spiritum ; sub, mihi dedit animam, q. d. : Vita mea responderi tibi fallam. Soleat reges etiam mali in magnis periculis aliquo Numinis metu percelli. Vid. Sicut. Calig. 51. IN MANU VIRORUM ISTORUM. Qui nominati initio capituli ; quique per synhedrium, ejus pars erant, facile sperabant obtinere se posse mortem prophete. (Synopsis.)

VERS. 17. — HEC DICIT DOMINUS, etc. Propheta aut novum mandatum acceperat, ut loc receptet, vel saltem ducatur impulsu Spiritûs, etc. Si EXIERIS, ut scilicet facias imperata illorum. Si te eas dedimus. AD PRINCIPES, etc. Non dicit, ad regem ; vel 1^a quia hic aberat, et fortasse Tyrum excurrerat, quam obsecraret, aut Babylonem ; vel 2^a quia rex non tantum fecisset, ut fœderis violatorem admittere, ad solum aspectum voluisset. Ex hoc loco, et pluribus aliis constat Deum certò transire omnia futura libera, non solum absoluta, sed et conditionata, etiam que deficienti conditione nunquam eventura sint, sed evenirent si talis conditio poneretur. (Synopsis.)

Sur les versets 17, 28, etc., au chapitre XXXVIII de Jeremie.

Suivant l'auteur de l'Esprit du Judaïsme (chap. 9, p. 151), Jeremie servit utilement le roi d'Assyrie, et qui prit Jérusalem par la trahison du prophete. Jeremie fit alors ses lamentations ; il répandit des larmes perilles sur les ruines d'un pays à la destruction duquel il avait contribué, selon les apparences, plus que personne. Il en fut quitte alors pour consoler ses concitoyens en leur faisant espérer la fin de leur captivité, à condition pourtant qu'ils demeureraient fidèles à culte de leurs pères. En effet, il parait évidemment, par les prophéties attribuées à Jeremie lui-même, que ce prophete fut un traître dont les Assyriens se servirent avec succès pour décourager les habitants de Jérusalem ; en péchant de se défendre et les soulever contre leur roi.

VERS. 19. — DENT ME, sub. ipsi Chaldaei in ma-

En conséquence, ce saint homme n'annonça que des malheurs à ses concitoyens, et leur montra tous les jours l'inutilité de résister. Cependant, il est bon d'observer que l'homme de Dieu ne laissa pas d'acquiescer des terres dans le pays dont il prédisait la désolation. D'ailleurs, le monarque assyrien, pour prix de ses services, le recommanda fortement à son général Nabuzardan, et lui conserva toujours du crédit à la cour de Babylone. Si ce portrait était véritable, Jeremie serait un traître d'une espèce bien singulière. Quo'1 prêtre et prophete dans sa patrie, il la trahit contre ses propres intérêts ; il consent à perdre son état, sa fortune, sa liberté ; s'expose à la mort pour le plaisir de livrer aux Assyriens la ville de Jérusalem, le temple, le pays entier ! il refuse les offres du général assyrien ; il préfère demeurer dans la Judée pour consoler les malheureux, pour y maintenir un reste de religion ; il suit les Israélites fugitifs jusque en Egypte ! S'il conserve quelque crédit à la cour de Babylone, il n'en fait usage que pour adoucir le sort de ses frères captifs : voilà donc un traître, ennemi de son pays et victime de sa tendresse et de son affection pour ses concitoyens ! On n'a jamais vu de pareils prodiges que dans les écrits des hérétiques de ce siècle.

Jeremie savait, par une révélation divine et par les prédictions des prophètes qui l'avaient précédé, que Jérusalem serait prise, que les Juifs seraient conduits en captivité, que plus ils feraient de résistance aux Assyriens, plus leur sort serait fâcheux ; il le leur représentait : où est le crime ? Le roi lui-même lui demanda ce qu'il doit faire : Si vous vous rendez aux Assyriens, dit ce prophete, vous sauverez vos jours et ceux de votre famille, la ville ne sera point brûlée ; si vous continuez à vous défendre, il vous en coûtera la vie, Jérusalem sera mise à feu et à sang. Pendant que Jeremie donne ce conseil, Hananie et d'autres faux prophètes prédisent le contraire ; ils sont écoutés, Jeremie est mis en prison. N'importe, Jeremie, quo'1 n'a pas voulu écouter, est la cause de tout le mal. Parce que les Juifs se sont défendus avec opiniâtreté contre les remontrances de Jeremie, ils éprouvèrent toute la fureur du vainqueur. Cela ne fait rien, ce sont les conseils de Jeremie qui ont ôté aux Juifs le courage de se défendre. Jeremie était dans les fers lorsque la ville fut prise, il en fut tiré par les Assyriens ; n'importe, c'est lui qui a livré la ville à l'ennemi. Le roi, subjugué par une troupe de furieux, était obligé de consulter Jeremie en secret : cela ne prouve rien, Jeremie soulevait le peuple contre son roi. Les hérétiques devraient au moins apporter quelque preuve de l'intelligence qu'ils supposent entre Jeremie et les assignés ; ils seraient bien embarrassés à en trouver : cela est égal ; selon les apparences, il a contraindre plus que personne à la ruine de son pays. C'est ainsi que raisonnent les critiques de nos Livres sacrés...

Mais si les prédictions de Jeremie ont contribué à la prise de Jérusalem, elles ont donc aussi opéré la conquête et la dévastation de l'Egypte, de l'Idumée, du pays de Moab et de Tyr : ce prophete a prédit tout cela. Il a eu la hardiesse d'envoyer des jugs et des chaînes aux rois de tous ces peuples, pour leur annoncer le sort qui les attendait. Ce n'est pas tout, il a encore trahi les Assyriens mêmes en prophétisant la prise de Babylone, la chute de leur empire, les victoires des Médés et des Perses. Ces prédictions n'ont pas été accomplies moins exactement que celles qu'il avait faites sur le sort de Jérusalem et de la Judée.

Allons plus loin : Isae, qui était mort depuis cent vingt ans, n'avait cessé de prédire, aussi bien que Jeremie, la captivité de Babylone, et le retour après 70 ans, par les ordres de Cyrus. Moïse même avait eu la témérité de prophétiser le sort des Juifs indèlés à leur Dieu 900 ans auparavant. Ces autres prophètes avaient donc aussi le pouvoir d'opérer les malheurs

num Judæorum (1). qu'ils annonçaient ; c'étaient donc aussi des perdus et des traitres responsables de tous ces événements fâcheux ! Que les incrédules viennent donc nous dire après cela que les prophéties juives ne signifient rien, que ce sont des rhapsodies inintelligibles auxquelles on peut donner tel sens que l'on veut, ou des prédictions fabriquées après coup : nous leur opposerons désormais la sagacité de l'auteur de l'Esprit du Judaïsme, qui a vu clairement que ce sont les prophètes qui sont la véritable cause des événements qu'elles annoncent.

Il nous reste encore quelques observations à faire sur les imputations faites à Jeremie : 1^o Pendant le siège de Jérusalem le prophete détenu en prison achète, par droit de parenté, le champ d'un de ses proches, pour attester par ce contrat que la Judée sera de nouveau habitée, repeuplée, cultivée, etc., après la captivité. S'il a causé la désolation de son pays en la prédisant, il doit être aussi la cause du retour des Juifs et de leur rétablissement ; il les a prédits de même et a voulu en laisser un gage notoire. Au reste, il n'a point acheté ce champ avec l'argent des Assyriens : ils n'étaient pas encore maîtres de Jérusalem. Jeremie n'a reçu d'eux que des vivres après le siège, et de légers secours pour subsister, comme il nous l'apprend lui-même, sans craindre de se rendre par là suspect à ses concitoyens.

2^o Jeremie ne se borne point à faire des lamentations sur la ruine de sa patrie : consulté par le reste des Juifs qui ont échappé à la gloire des Assyriens, il leur annonce que s'ils restent en Judée, ils seront épargnés ; que s'ils se retirent en Egypte, ils y seront poursuivis par les Assyriens et passés au fil de l'épée. Son avis n'est point encore suivi. Jeremie accompagne les fuyards indociles en Egypte, et, sous les yeux mêmes des Egyptiens, il fait le même personnage qu'à Jérusalem ; il prédit que les Assyriens viendront mettre l'Egypte à feu et à sang, et ils y viennent.

Il fait plus : il a l'audace d'écrire aux Juifs captifs à Babylone, pour les consoler et les exhorter à garder la loi du Seigneur. Ces malheureux, dont on s'accuse d'avoir causé les maux, écoutent ses paroles avec respect, bien loin de le regarder comme un traître ; ils se repentent et pleurent de n'avoir pas suivi ses avis. Il était réservé aux incrédules de nos jours de décrire ses perdus et ses trahisons, après deux mille et cinq cents ans ! (Duclot.)

(1) Vers. 19. — Je suis en peine à cause des Juifs qui ont passé du côté des Chaldéens ; j'ai peur qu'on ne m'abandonne entre leurs mains, et qu'ils ne me traitent indigneent. — Plusieurs Juifs avaient suivi le conseil de Jeremie, et s'étaient rendus à Nabuchodonosor par l'ordre de Dieu, qui voulait, dit un ancien Père, punir le roi de Juda d'avoir violé par sa ruine le serment qu'il avait fait à ce prince, en recevant la couronne de sa main ; et l'obligé de rentrer avec son peuple dans la soumission qu'il lui avait solennellement jurée. Sédécias, craignant ridiculement les insultes de ces Juifs qui s'étaient déjà rendus, se serait de cette excuse pour se dispenser de déférer à la volonté de Dieu, comme si c'était été une plus grande humiliation pour lui de se rendre volontairement à Nabuchodonosor, lorsque Dieu le lui ordonnait, que de tomber dans la suite malgré soi entre ses mains ; comme le prophete l'en assurait de la part de Dieu. Qui peut donc assez admirer cet aveuglement d'un prince entré de son orgueil, qui ne saurait s'abaisser sous la main du Dieu tout-puissant, lorsqu'elle est prête de l'accabler ? Qui peut comprendre cet excès d'entêtement qui le porte à refuser jusqu'à la fin le moyen unique qu'on lui offrait de sauver sa vie, et d'empêcher que Jerusalem ne fut brûlée ? O Dieu, que vos jugements sur les hommes sont incompréhensibles ! Et

VERS. 22. — REMANSERUNT, relique sunt; cum scilicet abductus fuit captivus Joachim unâ cum matre suâ, Chaldaei contenti illis, pepercerunt aliis mulieribus. REGIS. id est, Joachim. SUSASERUNT TIBI, imposuerunt tibi, seduxerunt te. VINI PACIS TIBI, id est, viri pacifici tui, hoc est, familiares ac domestici tui: nempe pseudoprophetae et principes qui credunt illis. IN CENO. Falsas persuasiones comparat cenâ sive luto, q. d. : Non poteras egredi, dum fugâ tentasti consulere vite tue, captus es à Chaldaeis, et quasi in lutum tenacissimum incidisses, coactus es referre pedem.

VERS. 23. — COMBURERE, etc., id est, eris aurior et causa comburendæ urbis.

qu'il est vrai que ceux qui sont les plus élevés au-dessus des autres sont à plaindre, lorsqu'ils se sont rendus dignes, par une suite de plusieurs crimes, de retomber dans cet abandonnement de réprobation où vous les laissez par un juste châtiement de leur orgueil. (Sacy.)

VERS. 20. — NON TE TRADENT. Deus non est tantum novit que ventura sunt, sed et que ventura essent si hoc vel illud fieret : partim, quod omnes hominum affectus ipsi perspexitissimi sunt; partim, quod vi sua omnipotente et affectus vertere, et effectus quosvis animi sine eo impedire possit. (Grotius.)

VERS. 21. — Si vero remens fueris egredi, te dedere obsidentibus; vid. supra ad v. 17. (Rosenmüller.)

CAPUT XXXIX.

1. Anno nono Sedecias regis Juda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis exercitus ejus ad Jerusalem, et obsidebant eam.

2. Undecimo autem anno Sedecias, mense quarto, quinta mensis, aperta est civitas :

3. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, et sederunt in portâ mediâ : Neregal, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Neregal, Sereser, Rebmag, et omnes reliqui principes regis Babylonis.

4. Cumque vidisset eos Sedecias rex Juda, et omnes viri bellatores, fugerunt : et egressi sunt nocte de civitate per viam horti regis, et per portam que erat inter duos muros, et egressi sunt ad viam deserti.

5. Persecutus est autem eos exercitus Chaldaeorum : et comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Jerichontine, et captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terrâ Emath, et locutus est ad eum judicia.

6. Et occidit rex Babylonis filios Sedecias in Reblatha, in oculis ejus : et omnes nobiles Juda occidit rex Babylonis.

7. Oculos quoque Sedecias eruit : et vinxit eum compedibus, ut duceretur in Babylonem.

8. Domum quoque regis, et domum vulgi succenderunt Chaldaei igni, et murum Jerusalem subvertierunt.

9. Et reliquias populi, qui remanserant in civitate, et perfugas, qui transfugerant ad eum, et superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

VERS. 24. — ET NON MORIERIS. Phrasin Hebraicâ, pro, non moriaris (1).

VERS. 25. — Quid, vel, quid ego, etc.

VERS. 26. — CADERE FECI, etc. Fudi preces ad regem. Vide supra, 37, 20.

VERS. 27. — ET TACUERUNT AB EO, id est, destiterunt interrogare eum. QUIA, etc. : non enim fuerat auditum verbum, sub. quod dixerat Jeremias regi, id est, nemo que dixerat regi rescivit, et propterea crederunt ei.

VERS. 28. — CAPTA EST, sub. à Chaldaeis.

(1) Dixit ergo Sedecias ad Jeremiam : Nullus sciat verba hæc, et non morieris. Si autem audierint principes, dices ad eos : Prostravi ega preces meas coram rege. Ex his verbis et adjunctis discimus animum esse colare veritatem, aliud dicere mendacium; et hoc quidem semper illicitum esse, illud autem licitum et concessum. Jeremias enim interrogatus à principibus, quid cum eo locutus esset rex, respondit, rogasse se regem, ne reduceretur in lacum. Id autem etiam eum petisse satis ex toto colloquio intelligitur. Ceterum de consilio deditionis faciende prudenter tacuit. Simili scilicet prudentiâ, Abraham cum peregrinaretur cum Sarâ uxore suâ, ne ejus causâ interiret, interrogatus de eâ, sororem esse dixit uxorem tacuit. Et Samuel, I Reg., 16, dicentem in Bethlehem, ut ungeret regem David, dicebat : Ad sacrificandum Domino veni. Id dixit quod verum erat, et tunc dici poterat; alterum autem, quod sine periculo proloqui non potuisset, tacuit. (Estius.)

CHAPITRE XXXIX.

1. La neuvième année de Sédecias, roi de Juda, au dixième mois, Nabuchodonosor, roi de Babylone, vint avec tout son armée assiéger Jérusalem;

2. Et la onzième année de Sédecias, le cinquième jour du quatrième mois, la brèche fut faite;

3. Et tous les princes du roi de Babylone entrèrent, et se postèrent à la porte du milieu; savoir Nérégal, Séreser, Semégarnabu, Sarsachim, Rabsarès, Nérégal, Séreser, Rebmag, et tous les autres princes du roi de Babylone.

4. Sédecias, roi de Juda, et tous les gens de guerre, les ayant vus, s'enfuirent, et sortirent la nuit de la ville par les jardins du roi et par la porte qui était entre deux murailles; et ils allèrent gagner le chemin du désert;

5. Mais les Chaldéens, les ayant poursuivis, prirent Sédecias dans le champ de la solitude de Jéricho, et le menèrent à Nabuchodonosor, roi de Babylone, à Réblatha, qui est au pays d'Emath; et Nabuchodonosor lui prononça son arrêt.

6. Et le roi de Babylone tua les fils de Sédecias aux yeux de leur père, à Réblatha, et fit mourir tous les grands de Juda.

7. Il fit aussi arracher les yeux à Sédecias, et le fit charger de fers, afin qu'on l'emmenât à Babylone.

8. Les Chaldéens brûlèrent aussi le palais du roi et les maisons de tout le peuple, et ils renversèrent les murailles de Jérusalem.

9. Et Nabuzardan, général de l'armée des Chaldéens, transféra à Babylone ceux d'entre le peuple qui étaient demeurés dans Jérusalem, ceux qui étaient allés se rendre à lui, et le reste du peuple qui était demeuré dans la ville.

10. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terrâ Juda : et dedit eis vineas et cisternas in die illâ.

11. Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Jeremia, Nabuzardan magistro militum, dicens :

12. Tolle illum, et pone super cum oculos tuos, nihilque ei mali facias : sed ut voluerit, sic facias ei.

13. Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, et Nabusezban, et Rabsares, et Neregal, et Sereser, et Rebmag, et omnes optimates regis Babylonis,

14. Miserunt, et tulerunt Jeremiam de vestibulo carceris, et tradiderunt eum Godolie filio Ahicam filii Saphan, ut intraret in domum, et habitaret in populo.

15. Ad Jeremiam autem factus fuerat sermo Domini, cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens :

16. Vade, et dic Abdemelech Æthiopi, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ergo inducam sermones meos super civitatem hanc in malum, et non in bonum : et erunt in conspectu tuo in die illâ.

17. Et liberabo te in die illâ, ait Dominus : et non traderis in manus virorum quos tu formidas :

18. Sed eruens liberabo te, et gladio non cades : sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit, cum capta esset Ierusalem anno nono Sidiciah regis Iehudah, mense decimo, venit Nebuchadrezar rex Babel, et omnis exercitus ejus in Ierusalem, et obsederunt eam. — 2. Undecimo autem anno Sidiciah, mense quarto, nonâ mensis fracta est civitas. — 3. Et ingressi sunt omnes principes regis Babel, et sederunt in portâ mediâ : Nergal, Sareser, Samgar-nebo, Sarsechim, Rab-saris, Nergal, Sareser, Rab-mag, et omnes reliqui principes regis Babel. — 4. Et fuit cum vidisset eos Sidiciah rex Iehudah, omnesque viri bellatores, fugerunt : et egressi sunt nocte de civitate per viam horti regis, per portam, quæ erat inter duos muros, egressusque est per viam deserti. — 5. Et persecutus est eos exercitus Chasdim : et comprehenderunt Sidiciah in desertis Iericho, et tulerunt eum atque ascendere fecerunt eum ad Nebuchadrezar regem Babel in Riblah quæ est in terrâ Chamath : et locutus est cum eo judicia. — 6. Et jugulavit rex Babel filios Sidiciah in Riblah, in oculis ejus : et omnes nobiles Iehudah jugulavit rex Babel. — 7. Et oculos Sidiciah cecavit : et vinxit eum in compedibus ut adduceret eum in Babel. — 8. Et domum regis, et domos populi succenderunt Chasdim, igni, et muros Ierusalem diruerunt. — 9. Residuum autem populi, qui remanserant in urbe, et transfugas, qui transfugerant ad eum, et residuum populi, qui remanserant, transtulit Nebuzar-adan magister laniorum in Babel. — 10. Et de plebe, pauperes quibus non erat quidquam, remanere fecit Nebuzar-adan magister laniorum in terrâ Iehudah, et dedit eis vineas et agros in die illâ. — 11. Præceperat autem Nabuchadrezar rex Babel super Iremiah per manum Nabuzar-adan magistri laniorum, dicendo : — 12. Tolle illum, et oculos tuos pone super illum, et ne facias ei quidquam mali : sed, secundum quod loquatur ad te, sic facies cum eo. — 13. Et misit Nabuzar-adan magister laniorum, et Nabusezban, Rabsaris, et Neregal, Sareser, Rab-mag, et omnes magistri regis Babel, — 14. Miserunt, inquam, et tulerunt Iremiah de atrio custodiæ, et tradiderunt eum Gedaliahu filio Ahicam filii Saphan ut educeret eum ad domum, et habitavit in medio populi. — 15. Ad Iremiah autem fuerat verbum Domini cum esset clausus in atrio custodiæ, dicendo : — 16. Vade, et die ad Ebed-Melech Æthiopiæ, dicendo : Sic dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce adduco verba mea super civitatem hanc in malum, et non in bonum : et erunt in conspectu tuo in die illâ. — 17. Et liberabo te in die illâ, dicit Dominus : et non traderis in manus virorum à quorum facie tu formidas : — 18. Sed eruens eruum te, et gladio non cades : et erit tibi anima tua in prædam, quia fidisti mihi, ait Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Et fuit, etc. Hoc hemistichium, alii Et erat ibi quando fuit capta Ierusalem, q. d. : Mansit referunt ad finem capituli præcedentis; et sic vertunt : Jeremias in carcere atrii usque ad expugnationem Je-

rusalem, inclusivè. (Qui verò his vocibus caput inchoant, per parenthesis legunt *anno quarto venerat fracta est civitas*), ut videre est; et copulam, v. 5, pleonasticam habent. Anno xoso, etc. (Hæc scribuntur fusis, 2, Reg. 25, et repetuntur infra, 52. Quæ ibi annotantur, releghenda sunt.)

VERS. 2. — MENSIS. Antecedens pro relativo, nona ejusdem. (Ceterum pro die *nona*, ut post textum sive hic, sive infra, 52, 6, et 2 Reg., 25, 5, habent versiones omnes, necnon aliquot exemplaria Latina, legimus in Vulg. die *quinta*. Quam in rem videndus Calmet.) FRACTA EST, id est, petrius fuit murus urbis. Gallecè, *la brèche fut faite* (1).

VERS. 3. — ET INGRESSI SUNT, etc. Si hemistichium referas ad finem præcedentis capitis, sic vertes istud: *Ingressi sunt ergo. SARESER.* Quædam ex istis nominibus appellativa videntur, officiorum scilicet nomina, ut quæ à *Rab* incipiunt, et *Sar*, ut *Sareser*, thesaurorum præfectus; *Rob-saris*, præfectus ancilicorum aut eunuchorum, etc.

VERS. 4. — PER PORTAM, etc. *Portam* intelligit orificium cuneicum cujusdam habentis utrinque murum, q. d., per os cuneicum qui erat in hortu regis, qui ita factus erat ut utrinque murum haberet, ut fit in fornicibus. Os autem habebat in hortu regis, ne omnibus pateret, et ut illic, nemine conscio liceret regi fugere. Erat *inter portâ* quæ inter murum et antennurale sita erat, intelligi non potest hic locus, quod ea omnibus pateret. EGRESSUSQUE EST, sub. *rex*, qui per campestria aufergit.

VERS. 5. — JUDICIA, id est, acriter et durè cum eo egit, quod defecisset et fœdus fregisset (2). (Vid. infra, 52.)

(1) *Pro mense quarto* habent *mense quinto* duo Kenicoti codices, forsàn et à primâ manu secundus De-Rossii codex (rasura enim inscripta est consueta lectio), idemque expressit Syrus. « Correctio videtur e inde orta, quod *quinto mense*, nona ejus die, jejuniâ enim est Judæis, ob combustionem quidem templi, et sed liberari putarent jejuniari ob captam urbem. « Unus De-Rossii codex habet: *mense septimo*, die e *septimo*. Hoc undè Septimo mense, verum non e septimo, sed tercio ejus die, jejuniari Judæi ob Gedaliaam occisum; J. D. Michaelis. *Nono die* ejus mensis. Duravit igitur obsidio unum ac dimidium annum. *Perrupta*, id est, ab hostibus, per dirutos ac perruptos muros perveniuntibus expugnata est *urbs*. Ita Ezech. 26, 10, est *urbs expugnata*. (Rosenmuller.)

(2) ET COMPREHENDERUNT SEDECIAM IN CAMPO SOLITUDINIS, ET CAPTUM ADDUXERUNT AD NABUCHODONOSOR, ET LOCUTUS EST AD EUM JUDICIA. In iudicio duo aguntur. Causa discutitur, et sententia pronuntiatur. Locutus est ergo iudicium, primò arguens eum de infidelitate et perjurio. Erat enim Sedecias à rege Babilonis constitutus post Jehonaham rex Juda, accepto ab eo iurejurando subjectionis et tributi præstandi; quod iusjurandum ab eo violatum fuit. Et hoc ad causæ discussionem. Quantum verò ad alteram judicij partem, iudicia eum eo locutus est Nabuchodonosor, quando, sententiâ latâ, iussit primum filios ejus et proces in conspectu ejus trucidari, ac deinde oculos ejus effodi, quo inutilis esset ad omnem in posterum rebellionem, et sic ducti in Babilonem. Et notandum quod, phrasi Hebræâ, loqui iudicia cum aliquo, est cum eo agere secundum rigorem justitiæ, ita ut nullus sit misericordie locus. (Estius.)

VERS. 6. — ET JUGULAVIT, id est, interficiendos curavit (1).

VERS. 7. — COMPEDIBUS, geminis compedibus æneis, ferreis, vel chalybeis. Duale nomen est Hebræis, quod fierent utrique pedi (2).

VERS. 9. — MAGISTER LANIORUM (5). (Vid. Gen. 37, 36, 2 Reg., 25, 8, et infra, 52, 12; dicitur Gallecè, *le comêtable*.) Vox Hebræa significat *coquum*. Unde quidam transferunt, *præfectum coquorum*. Per translationem autem significat *militem*, à *cæde*, nam et vocatus occisionem illam quæ fit in bello, *belle*; Chaldaeus paraphr. vertit, *princeps occisionis*. Vertendum igitur *præfectus militum*.

VERS. 10. — DE PLEBE, PAUPERES, etc. (Pagninus vertit, *de plebe pauperum*, etc.), sed hæc nomina non sunt constructa in Hebræo (4).

VERS. 12. — OCULOS TEOB, etc. Hebraismus. Gere vel habet curam illius, sive prospice illi; nam ab illo sollemus oculos avertere quos contemnimus. (Vid. supra 18, 17, sed et quandoque indignabundi est, ut infra, 44, 11.) (5)

(1) IS REBLATHA. Ea creditur esse Antiochia. Cujus rei conjectura fit ex historis: et est amensissima Syricæ civitas. (Clarus.)

(2) VERS. 8. — EL DOMUM VULGI, vel *populi*, id est, 1^o vel synagogas alicujus publici conventus loca; 2^o vel domum publicam in qua celebrabantur ludi, nuptiæ, etc. ET DOMOS. Sic in præced., et *domos regis*, assistam scilicet et liberam. (Noyssius.)

(3) RELIQUIS VERTI, id est, qui in transmigratione quæ facta fuerat tempore Joachim, in civitate remanserant, 4 Reg., 24, 14, sicut capite præcedent vers. 22, dixit: *Omnes mulieres quæ remanserant in domo regis Juda, educantur ad principes regis Babilonis*: vel qui non fugerunt cum Sedecia, vel qui non transfugerant ad Chaldaeos. ET PERFUGAS, QUI TRANSFUGERANT AD EUM: Judæos, qui se sponte dederunt Nabuzardan Jeremie vaticiniis persuasi, de quibus cap. præcedenti, vers. 19: *Et superfluos vulgi*; inutilium imbellemque multitudinem, qui remanserant, id est, qui fame, gladio, et peste non perierant, aut qui tempore Joachim tanquam insubiles relictæ fuerant, ut dicitur 4 Reg., 24, v. 14. Itaque significatur his verbis *muierum* fuisse tunc Chaldaeorum crudelitatem, quam tempore Joachim. MAGISTER MILITUM. Melius noster interpretatur Joachin, *princeps lanionum*, et quædam alii, qui vertunt, *princeps coquorum*. Nam etsi *בית* occidere et mactare significat, et *בית* lanionem, aut coquum, qui bestias occidit; tamen etiam significat militem, quia occidit homines, ut Gen. 37, 36. Et hoc loco non conveniebat, ut princeps coquorum, aut lanionum, sed ut princeps militum, ubi de re militari agebatur, nominaretur. (Maldonat.)

(4) VERS. 11. — PRÆCEPERAT DE JEREMIA, quem Deus conservavit, ne periret vel incendio, vel in expugnatione urbis; ubi tamen multa turbulenta et sine consilio sunt, etc. Calvinus. Edoctus fuit Nabuch, à perjurio, cum semper moneretur fuisse et Chaldaeis urbs dederetur, et ob id ipsum à suis popularibus tractatum pessimè, Grotius.

(5) VERS. 15. — NABUSEZBAN. Nabu idem esse videtur ac *Senegarnab*, vers. 5. *Seban* regis alterius ministri nomen est; vel idem fortasse erit ac *Sarsachim*; utroque enim in hoc versiculo idem supremum sex Tribunalium numerus exhibetur. Quorum cæteris eadem est appellatio: duorum tantummodò nomen dicitur. (Calmet.)

VERS. 14. — TRADIDERUNT EUM GODOLEI, qui percipius fuit eorum qui ad Chaldaeos transfugerant. Est

VERS. 15. — CUM CLAUSUS ESSET, etc. Non servatur in sanctâ Scripturâ series historiae.

VERS. 16. — ET ERUNT (1) etc., ac si dicat, quorum tu eris spectator tempore quo evenient.

anticipatio ejus quod uberius narrabitur, cap. seq. Calvinus. ET HABITAVIT IN MEMO POPULI, hoc est, factus est liber, Grotius.

(1) DIC ABDEMELECH, qui liberavit Jeremiam è lacu, cap. 38, v. 12, cujus misericordie hic mercedem ab eo recipit.

ET ERUNT (scilicet sermones, id est, oracula mea de exilio Jerusalem) IN CONSPECTU TEO, q. d.: Videtis et intueberis reipsâ cladem quam ego minatus sum urbi.

Nota. Lib. 2 Machab., 2, citantur commentarii sive descriptiones Jeremie, quibus ipse conscripsit ea quæ statim post eventum urbem evenerunt, antequam populum captivum in Babilonem abduceretur, scilicet primo, de legibus quæ Jeremias populo in Babilone commoratur præscripsit; secundo, de igne perpetuo quem sacerdotibus è altari sublatus in ignoto puteo absconderunt, quem postea nepotes è Babilone redentes requirentes, non ignem sed aquam crassam invenerunt, qui in victimas effusa miraculo versa est in ignem, ut dicitur lib. 2 Machab., 1, 21 et seq.; tertio, de tabernaculo, arcâ fœderis et altari incensi, quæ Jeremias ex urbe extulit, repositum in specu montis Nebo dicens: *Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi*, etc.

Disce hoc cap. quàm fides etiam hosti sit servanda, quàmque ejus violatè vindex sit Deus. Sedecias enim se suavitè stirpem ac regnum everit, quia fidem Chaldaeo datam fœellit, ut patet v. 5. Sic familia Saul sepulchra et extincta est ob Gabaonitas, quibus licet fraudulentis Josue fidem dederat et servaverat, ab eo cæcos, 2 Reg., 21.

Accipe similia, sed rara, omnium ætatum et gentium exempla, à Deo fidei vindicæ edita.

« Anno Domini 776, Saxones iterum Carolo Magno, ruptis sacramentis, rebellaverunt, capto Fressburgio. Sed cum ulterius bellum parant, apparuit gloria (gladius legunt alii) Dei supra ecclesiam, violentibus cunctis, ex quibus multi manent adhuc, qui dicunt vidisse se instar duorum scutorum colore rubeo flammantium, et sese agitantium super ipsam ecclesiam. Cum hoc signum viderent pagani, qui à foris erant, statim confusi sunt, et magno timore perterriti, fugere cœperunt ad castra, et omnis multitudo eorum fugam arripens, aliè ab aliis invicem interdicebantur, qui retrò respiciebant, propter pavorem ab antecedentibus lanceis confodiebantur, et diversos lectus inter se perpassi sunt omnes, et divina ultione vindicati. Quare animati Franci persecuti sunt Saxones, eosque interfecerunt usque ad flumen Lippiam. Ita ex Annal. Franc. Baron., tom. 9, Annal. ad ann. Domini 776.

Justinus imperator, cum bellum contra Persas gereret, Hunnos gentem bellicosam armorum socios sibi adjungere cupiens, auxilium ab eorum rege petit: ut, acceptis stipendiis, et muneribus ab imperatore

CAPUT L.

1. Sermo qui factus est ad Jeremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vincitum catenis in medio omnium, qui migrabant de Jerusalem et Juda, et ducebantur in Babilonem.

2. Tollens ergo princeps militiæ Jeremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum.

3. Et adduxit; et fecit Dominus sicut locutus est,

VERS. 18. — IS PRÆDAM (4). (Vid. supra, 21, 9.)

submissis. open promissis: sed eum à Persâ etiam Hunnorum rex ad amicitiam societatemque coeundam, et arma communitur inferenda invitaretur, ad illam adit spe inebriis commotus incitatus. Hoc ubi comperit Justinus, Persarum regem de re totâ certiorum factum, ne barbari promissis fideret, commonefecit. Persa, veritate facie diligenter investigatâ, commertaque, regem ejusque milites interficij iussit; illum, ut hominem perfidiosissimum; istos, ut socios consensioque perjurii. Ita Joan. Zonar., 5 p. Annal. Constantin. in Justino.

Compositis inter regem Uladislau et Amurathem Turcarum imperatorem rebus omnibus, rex Hungariæ violatè fœdere, prior in Turcam bellum movit, in quo prælio, Turca, cum suis in pugna non sine magna cæde fugari conspicietur, ad expandiâ fidem perillam adit spe inebriis commotus incitatus. Hoc ubi comperit Justinus, Persarum regem de re totâ certiorum factum, ne barbari promissis fideret, commonefecit. Persa, veritate facie diligenter investigatâ, commertaque, regem ejusque milites interficij iussit; illum, ut hominem perfidiosissimum; istos, ut socios consensioque perjurii. Ita Joan. Zonar., 5 p. Annal. Constantin. in Justino.

« Ubi non est pudor,

Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,

Invidibile regnum est. Ubi verò hæc admittit, regnum licet debile, stabile evadit. Sane Romani fide, quam tam hostibus, quam amicis jugiter integram præstantant, omnes gentes ad se traxerunt. Celebre inter alios fuit exemplum M. Attilii Reguli consulis, qui post multas de Penis victorias et triumphos, arte Xantippi captus, in carcerem missus, legatus de permutatâ captivis Roman missus, dato iurejurando, ut si non impetrasset, ita deum rediret: in senatu conditionem dissuasit, rejectisque à se conjuge et liberis, Carthaginem regressus est: ubi in arcam ligneam constructis, clavibus inrossum subactis, vigillis ac puncturis excruciatâ duram forent. Ita Plinius, lib. de Viris illustribus. (Corn. à Lap.)

(4) ERIT TIBI ANIMA TUA IN SALTATE. Hebr. *pro spolio*, Chald. *in erptionem*. Sicut spolia eripiuntur hostibus, ita tu vitam ab eorum vi eripies. QUA IN VENTUREM FIDUCIAM. Nempe cum virorum potentium iram non veritus prophete et aequitè vultu liberam commodasti: supra 58, 7, 8. (Grotius.)

CHAPITRE L.

1. Paroles que le Seigneur fit entendre à Jérémie après que Nabuzardan, général de l'armée des Babiloniens, l'eut mis en liberté à Rama, en lui faisant ôter les chaînes dont on l'avait chargé parmi la foule de ceux qu'on faisait sortir de Jérusalem et de Juda pour les mener à Babilone.

2. Ce général ayant donc pris Jérémie à part, lui dit: Le Seigneur ton Dieu avait déclaré que tout ce mal tomberait sur cette ville; et

3. Et le Seigneur l'a accompli, et a fait ce qu'il a dit, parce que vous avez péché contre lui, et que vous

quia peccastis Domino, et non audistis vocem ejus : et factus est vobis sermo hic.

4. Nunc ergo ecce solvi te hodie de catenis, quae sunt in manibus tuis : si placet tibi ut venias mecum in Babylonem, veni, et ponam oculos meos super te : si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside : ecce omnis terra in conspectu tuo est : quod elegeris, et quò placerit tibi ut vadas, illuc perge :

5. Et mecum noli venire : sed habita apud Godoliam filium Ahicam filii Saphan, quem praeposuit rex Babylonis civitatibus Juda : habita ergo cum eo in medio populi : vel quòcumque placerit tibi ut vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiae ciliaria et munuscula, et dimisit eum.

6. Venit autem Jeremias ad Godoliam filium Ahicam in Maspith, et habitavit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terrâ.

7. Cumque audissent omnes principes exercitû, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi et socii eorum, quòd praefecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terrâ, et quòd commendasset ei viros, et mulieres, et parvulos, et de pauperibus terrâ quae non fuerant translata in Babylonem :

8. Venerunt ad Godoliam in Maspith : et Ismael filius Nathanias, et Johanan et Jonathan filii Caree, et Sareas filius Thanehumeth, et filii Ophi, qui erant de Netophathi, et Jezonias filius Maachathi, ipsi et viri eorum.

9. Et juravit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, et comitibus eorum, dicens : Nolite timere servire Chaldaeis : habitate in terrâ, et servite regi Babylonis, et benè erit vobis.

10. Ecce ego habito in Maspith ut respondeam praecepto Chaldaeorum qui mittuntur ad nos : vos autem colligite vindemiam, et messem, et oleum, et condite in vasis vestris, et manete in urbibus vestris quas tenetis.

11. Sed et omnes Judaei, qui erant in Moab, et in filiis Ammon, et in Idumaea, et in universis regionibus, audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Judaea, et quòd praeposisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan :

12. Reversi sunt, inquam, omnes Judaei de universis locis, ad quae profugerant, et venerunt in terram Juda ad Godoliam in Maspith : et collegerunt vinum et messem multam nimis.

13. Johanan autem filius Caree, et omnes principes exercitû, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maspith.

14. Et dixerunt ei : Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismael filium Nathanias percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15. Johanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum, in Maspith, loquens : Ibo, et percutiam Ismael filium Nathanias, nullo sciente, ne interficiat animam tuam, et dissipentur omnes Judaei, qui congregati sunt ad te, et peribunt reliquiae Juda.

16. Et ait Godolias filius Ahicam ad Johanan filium

n'avez point écouté sa voix ; c'est pour cela que tous ces maux vous sont arrivés.

4. Après donc que je viens de t'ôter les chaînes qui te liaient les mains, si tu veux venir avec moi à Babylone, tu peux y venir, j'aurai les yeux sur toi ; que si tu ne veux point venir à Babylone avec moi, demeure ici ; toute la terre est en ta disposition ; choisis un lieu qui t'agrée, et va partout où tu voudras.

5. Tu peux ne point venir avec moi, et demeurer chez Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan, à qui le roi de Babylone a donné le commandement sur les villes de Juda ; demeure donc avec lui au milieu du peuple, ou va en quelque autre lieu qu'il te plaira. Le général de l'armée lui donna aussi des vivres, lui fit des présents, et le renvoya.

6. Or Jérémie se rendit auprès de Godolias, fils d'Ahicam, à Maspith ; et il demeura avec lui au milieu du peuple qui avait été laissé dans le pays.

7. Or, les principaux officiers de l'armée, qui avaient été dispersés en plusieurs endroits avec leurs compagnons, ayant appris que le roi de Babylone avait donné à Godolias, fils d'Ahicam, le commandement sur le pays, et qu'il lui avait recommandé les hommes, les femmes et les petits enfants des plus pauvres du peuple, qui n'avaient point été transférés à Babylone,

8. Tous vinrent vers Godolias à Maspith ; savoir : Ismaël, fils de Nathanias, Johanan et Jonathan, fils de Carée ; Sareées, fils de Thanehumeth, et les enfants d'Ophi qui étaient de Netophati, et Jezonias, fils de Maachathi ; et ils vinrent tous le trouver avec leurs gens ;

9. Et Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan, leur jura, à eux et à leurs gens, et leur dit : Ne craignez point de servir les Chaldéens ; demeurez dans le pays et servez le roi de Babylone, et vous y vivrez heureusement.

10. Pour moi, je demeure à Maspith, pour répondre aux ordres qu'apportent les Chaldéens qui sont envoyés vers nous ; mais, pour vous, recueillir les fruits de la vigne, des blés et de l'huile, et serrez-les dans vos vases, et demeurez dans les villes que vous occupez.

11. Tous les Juifs aussi qui s'étaient retirés en Moab, avec les enfants d'Ammon, dans l'Idumée, et en divers pays, ayant appris que le roi de Babylone avait laissé dans Juda quelque reste du peuple, et qu'il en avait donné le commandement à Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan ;

12. Tous ces Juifs, dis-je, étant de tous les lieux où ils s'étaient réfugiés ; et étant venus au pays de Juda vers Godolias, en Maspith, ils recueillirent du vin et du blé en grande abondance.

13. Mais Johanan, fils de Carée, et tous les principaux de l'armée qui avaient été dispersés en divers endroits, vinrent trouver Godolias à Maspith,

14. Et lui dirent : Sachez que Baalis, roi des enfants d'Ammon, a envoyé Ismaël, fils de Nathanias, pour vous frapper à mort. Godolias, fils d'Ahicam, ne les crut point.

15. Et Johanan, fils de Carée, dit en secret à Godolias, à Maspith : J'ai résolu d'aller présentement tuer Ismaël, fils de Nathanias, sans que personne le sache, de peur qu'il ne vous frappe à mort, et qu'ainsi tous les Juifs qui se sont rassemblés après de vous ne soient dispersés, et que ce qui reste de Juda ne périsse entièrement.

16. Godolias, fils d'Ahicam, répondit à Johanan,

Carée : Noli facere verbum hoc ; falsum enim tu loqueris de Ismael.

filis de Carée : Gardez vous bien de faire cela, car ce que vous dites d'Ismaël est faux.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum quod fuit ad Irmeiahû a Domino, postquam dimiserat eum Nebuzaradan magister laniorum de Ramah, quando tulit eum : et ipse erat vincetus catenis in medio omnis transmigrationis Ierusalem et Iehudah, qui transmigrabant in Babel. — 2. Et tulit magister laniorum Irmeiahû, et dixit ad eum : Dominus Deus tuus locutus est malum hoc contra locum istum. — 3. Et adduxit : et fecit Dominus quemadmodum locutus est, quia peccastis Domino, et non parvultis voci ejus, et fuit vobis verbum hoc. — 4. Et nunc ecce solvi te hodie à catenis, quae erant in manibus tuis : si bonum est in oculis tuis ut venias mecum in Babel, veni : et ponam oculos meum super te ; sin autem malum est in oculis tuis ut venias mecum in Babel, reside : vide, omnis terra in conspectu tuo est : ad locum qui bonus et rectus est in oculis tuis ut vadas illuc, vade. — 5. Et nondum ipse dicebat quòd reverteretur et dixit : revertere ad Gedaliah filium Ahicam filii Saphan, quem praeposuit rex Babel civitatibus Iehudah, et habita cum eo in medio populi : vel ad omnem locum qui rectus est in oculis tuis ut vadas, vade. Et dedit ei magister laniorum viaticum et munus : et dimisit eum. — 6. Venit igitur Irmeiahû ad Gedaliah filium Ahicam in Mispah, et habitavit cum eo in medio populi, qui remanserat in terrâ. — 7. Et audierunt omnes principes exercituum, qui in agro erant, ipsi et viri eorum, quòd praefecisset rex Babel Gedaliah filium Ahicam terrâ, quòdque commendasset ei viros, et mulieres, et parvulos, et pauperes terrâ, ex eis qui non fuerant translata in Babel. — 8. Et venerunt ad Gedaliah in Mispah : nempè Ismael filius Netaniah, et Iochanan, et Ionathan filii Careach, et Seraiah filius Thanehumeth, et filii Ephai Netophathite, et Iezaniah filius Maachathi, ipsi et viri eorum. — 9. Et juravit eis Gedaliah filius Ahicam filii Saphan, et viris eorum, dicendo : Ne timeatis servire Chasdim, habitate in terrâ, et servite regi Babel, et benè erit vobis. — 10. Et ego ecce habito in Mispah ut stem coram Chasdim, qui venient ad nos : vos autem colligite vinum, et fructum, et oleum, et ponite in vasis vestris, et manete in urbibus vestris, quas cepistis. — 11. Et etiam omnes Iehudaei, qui erant in Moab, et inter filios Ammon, et in Edom, et qui erant in omnibus aliis terris, audierunt quòd dedisset rex Babel residuum Iehudah, et quòd praeposisset super eos Gedaliah filium Ahicam filii Saphan : — 12. Et reversi sunt omnes Iehudaei de universis locis ad quae expulsi fuerant, et venerunt in terram Iehudah ad Gedaliah in Mispah ; et collegerunt vinum, et fructum multum valdè. — 13. Iochanan autem filius Careach, et omnes principes exercituum, qui erant in agro, venerunt ad Gedaliah in Mispah. — 14. Et dixerunt ei : Nonne cognoscendo cognoscens quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismael filium Netaniah ut percutere faciat te in animâ ? Et non credidit eis Gedaliah filius Ahicam. — 15. Iochanan autem filius Careach locutus est ad Gedaliah clam in Mispah, dicendo : Ibo nunc, et percutiam Ismael filium Netaniah et nemo sciet, quare percuterit te in anima, et dispergentur omnes Iehudaei, qui congregati sunt ad te, et peribit residuum Iehudah. — 16. Et dixit Gedaliah filius Ahicam ad Iochanan filium Careach : Ne facias verbum hoc ; falsum enim tu loqueris de Ismael.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — VERBUM QUOD FUIT, etc., q. d. : Propheta vit quòque Jeremias post expugnatam urbem. Ab hoc loco usque ad prophetiam quâ Dominus admonet per Jeremiam reliquias Juda, ne fugiant in Ægyptum, interseritur longa historia per parenthesin : quâ narrata, exponitur prophetia revelata Jeremiae à Deo, cuius mentio fit primo versu hujus capituli. DE RAMAH. Ubi scilicet substiterat dum expugnaretur Jerusalem, et ubi captivos abducendo congregabat. CATENIS, manciis ferreis, ut ex quarto versu apparet (1).

(1) Negotium interpretibus fecisset, quòd cum hæc pericopa inscribatur : Sermo qui factus est ad Jeremiam à Jova, nullum tamen Jovanum effatum subjicitur, sed que cum Jeremia egerit Nebuzaradan narratur. Quem nodum Kimchi ita expediendum existimat, ut hæc verba respiciere dicat et ad ea que supra 59, 15, leguntur : Fecerat ad Jeremiam tum, cum in atrio custodiae detinebatur, verbum Jovæ, et ad ea que infra 42, 7, sequuntur : Post decem dies fuit ad Jeremiam verbum Jovæ. Illa verba, que in fronte hujus custodiae ad Jeremiam habitum Jovæ sermonem, non prius eum Ierolim allocutum esse Jovam, quam post ea que inde ab hoc versu usque ad 42, 7, narrantur, ea verò præmittit, ut tempus et occasio illius prophæ-

VERB. 2. — ET FUIT, etc. Initium est longæ parenthesis quæ durat usque ad 42 caput, circiter principis rectius intelligantur. Que ipsa et Grotii est sententia. Verum illius, quòd 42, 7, memoratur, effati Jovani, aliud est tempus et alia occasio, quàm tempus et occasio, quæ hic memorantur. Nam hoc loco, tempus notatur, quòd Nebuzaradan solvi Jeremiae catenas, eiq; dedit Ieremiam eundi mo vellet ; quòd verò infra 42, 7, refertur Jovæ effatum, vates tunc accepti, cum, intersecto ab Ismaele Gedalia, Jeremiam principes Judææ seiscabantur num in patrio solo tuto habituri sint, an potius fingendi sint Chaldæi, Gedaliae mortem mox uluri. Inde sequitur, Jeremiam, si notare id tempus voluisset, scripturam fuisse : Verbum Jovæ, postquam Gedalia occiso rel., non autem, postquam eum, dimisisset Nebuzaradan. Justo audacior est Hubiganti conjectura, totum hunc versum primum ut spurium et aliunde allatum, esse rejiciendum. Sed exhibent eum omnes veteres interpretes. Rectè verò Schmidtus animadvertit, absolutâ priori hujus libri prophetici parte, que, secundum inscriptionem, 1, 5, ea continet, que sub postremis Judææ regibus usque ad expugnatam Hierosolymam à vate divino jussa facta et enuntiata essent, novam jam libri partem incipere, in quam que post expugnatam Hierosolymam ipsi acciderint, referre consuetum habuerit Jeremias ; unde et novâ hic inscriptione

pium, versu 7, ante hoc verbum, et *scilicet in fine decem dierum*. TERT. Hebr., cum tulit illum : erat autem vincus manu manibus ferreis. LOCUTUS EST, vel *predicaverat*.

VERS. 5. — ET FUIT, etc., pro, idcirco evenit vobis ista calamitas (4).

VERS. 4. — PONAM, etc., id est, tui curam geram. (Sup. 52, 12.) SIN AUTEM MALUM EST, id est, si non est tibi gratum. RESIDE, vel, *desine venire*. Ad locum, etc., ad verbum *ad gratum in oculis tuis* (2). Hebraismus, pro, universa regio tibi proponitur; Gallicè: *Tout le pays est à ton commandement, va où tu voudras*.

VERS. 5. — ET NONDUM, etc., ad verbum: *Et adhuc ille non revertetur*; pro, adhuc enim ille non responderat se velle reverti in terram sanctam, cum ille jussit ut Jerusalem rediret; voluntatem enim Jeremie ex vultu deprehenderat, aut è morâ. (Vel per parenthesis legè: *Nondum enim reversus erat*. SYUOP.) VIATICUM (5). מַטְוִיִּים dicunt significare quidem manus, sed

opus erat, quæ ad eas quæ sequuntur narrationes non minus quam ad prophetias pertinet. Est igitur *sermo qui factus est* collectivè accipiendus de omnibus iis vaticiniis, quæ, unâ cum narrationibus, usque ad finem capituli 45, continentur. Quæ sub finem partis primæ, 59, 14, breviter commemorata erant, ea hoc capite uberius enarrantur. Quâ ratione. Namque vates venerit, non dicitur: sed probabili conjectura è rerum gestarum serie colligi potest.

(ROSENMULLER.)
(1) *FEKIT DOMINUS SICUT LOCUTUS EST, QUIA PREGAVIS DOMINO*. Ea explevit Deus, quæ tam sæpè vaticinatus es; gens enim tua Deum provocavit. Animadvertite, ultricem Dei manum in omnibus Hierosolymæ casibus à Nabuzardanò agnosci. Id frequenter nuntiaverant prophete, supremum judicium in Judæos severè adeo animadverturum, ut vel extraneis mirari sint, ac dicturi, ubi Hierosolyma pertransierint: *En urbem Domino nunquam non contumacem*. (Calmet.)

(2) *SI PLECEAT TIBI UT VENIAS MECUM IN BABYLONEM, VENI, ET PONAM OCULOS MEOS SUPER TE: SI AUTEM DISPLECTI TIBI, RESIDUE: ECCE OMNIS TERRA IN CONSPICU TUO EST*. Ecce clementer princeps militiæ, jussu Nabuchodonosor, ad Jeremiam. Sed noluit Jeremias comitari populum suum captivum in Babylonem; maluitque remanere cum reliquiis in terrâ Judæ, cum isilem iustis portæ in Ægyptum; quia magis erat his necessarius, tanquam doctor, et propheta, quam illis. Nam in Babylone jam erant Ezechiël, Daniel, et sacerdotum præcepti, pòntifex autè illic abducti. Nec putandum est, factum fuisse absque peculiari Dei dispositione, quod cum reliquiis remaneret in terrâ Judæ; videlicet, ut postea in Ægyptum abeuntes, non essent sine magistro, et doctore. (Estius.)

(3) *ET MECUM NOLA VENIRE*. Si tibi non placeat, et si non vis. Hæc verba Septuag. non legunt. Hebraei verò legunt aliter ad verbum: *Et adhuc ille non est reversus*. Quod R. Salom. exponit ad hunc modum. Quamvis hæc illi dixisset Nabuzardan, tamen volebat reverti, donec Deus illi dixit ut revertiretur. Melius R. David. Adhuc ille non revertebatur, id est, non significabat se velle reverti, et Nabuzardan suspiciens eum magis propensum esse ad revertendum, dixit illi, revertere. Vult enim significare Nabuzardan, cum vidisset contumacem, dubitantemque in revertendum, dixit illi, revertere. *Ut mecum nola venias*. Apud Godoliam habitare. Noster interpres, et Chald. Paraphrasis videntur legisse: *Ut mecum nola venias*. Apud Godoliam. Creditur Godolias unus fuisse ex iis Judæis, qui Jeremie consilio ad Chaldaeos transigerunt, idcirco præfectum fuisse Judææ à rege Babyloniis, ut terram ab iis pauperibus qui relicti fuerant colen-

proprie de his quæ pertinent ad victum. Chaldaeos paraph. *minera et conmatum*.

VERS. 6. — IN MISPAD (4). (Vid. 2 Reg. 25, 25.)

VERS. 7. — PRINCIPES EXERCITUM. Cum Chaldaei obtinuisset urbem, fugerunt noctu bellatores quicumque fuerant intra civitatem, in campum: et constituerunt super se duces et gubernatores: et ei vocantur hic *principes exercituum*, seu *catervarum*. In agro autem dicit, id est, extra urbem, q. d., *qui loquentes in campis*. VITI EORUM. (Vid. 2 Reg., 25, 25.) ET PAUPERES, etc. (Vid. 2 Reg., 25, 12, et supra, 39, 19 (2).)

VERS. 9. — ET JURAVIT, id est, promisit illis jurando adhibito, salutem, et milibus eorum. Verba iurjurandi hic omittuntur, brevitatis causâ, ut 2 Reg. 25, 24.

VERS. 10. — HABITO, vel, *habitaturus sum*. UT STER CORAM CHALDAIS, ut astem Chaldaeis. Hebraismus, pro, excipiam Chaldaeos qui è Chaldaea venturi sunt ad nos: quibus fidejubebo pro vobis. ET FRUCTUS; fructus (æstivos, ut patet Schindlerus: vel autumnales, *le fruitage*, nam פֶּרִי accipitur pro *æstate et autumno*, et jam facta erat messis (mense enim julio urbs fuit incensa. Grotius). Præterquam quod is preit vindemia, hic 12. (Vid. etiam infra, 48, 52.) IN VASIS VESTRIS, in penariis vestris. QUAS CEPISTIS, quas apprehendistis, sub. ad inhabitandum.

VERS. 11. — RESIDUUM, reliquias, id est, reliquias aliquot Judæos in Judâ, quibus præfiscit Godoliam (5).

VERS. 14. — IN ANIRA, id est, plagâ animæ, quæ scilicet anima separatur à corpore, hoc est, vulnere lethali, q. d.: *Ut occidat te*. *Ut percussit animam tuam*; hoc modo pronomen affixum verbo, refertur dicit nomen (vel sumi in obliquo sed præter regulas grammaticales, *isti*.) (4).

dam curaret, eosque gubernaret. *In medio populi*, id est, liberè. Hebraismus supra explicatus cap. 57, 4 et 4 Regum 4, 15. Idem Hebraismus vers. sequenti repetitur. (Maldonatus.)

(1) *VENIT... AD GODOLIAM... IN MASPATH*. Cur hic potius quam alibi sedem fixerit Godolias, non satis constat. Fortasse eum locum elegit, quod et proximum Hierosolymæ esset, et veteri apud incolæ religione celebraretur. Quamobrem opportunissimum esse censuit, quo dissipantem gentem coheret. (Calmet.)

(2) *VERS. 8. — ET ISMAEL, scilicet Ismael*: et enim hic est expositum et enumerativum, captivorum, pro *id est, vel scilicet*. (Cott. à Lep.)

(3) *VERS. 12. — JUDEI QUI ERANT IN MOAB, etc.* Qui se eò contulerant, (Calvius), cum Chaldaei advenissent, Anglic. Annot. Deus itaque temperavit vindictæ gravitatem, ut reliquæ manerent, etc. Calvius.

VERS. 15. — QUI DEGERANT IN AGRO, sub, *Jerosolymitano, vel Judaico*; non in urbe, quando fuit expugnata: sive, qui auferantur urbe expugnata. Hic repetit dicta vers. 7. (Vatablus.)

(4) *SCITO QUOD BAALIS REX FILIORUM AMMON MISIT ISMAEL, FILIUM NATHANÆ PERCUTERE ANIMAM TUAM*. Greci libri quidam hic habent: *Regina (mater) regis Ammon, tutelam scilicet vocatur potius, ita Ammonius domina*. Pro misit ipse ergo legerunt: *misit ipse*. Pro illo scito, in Hebræo est *an plane scies?* id est, an non intellexisti rem tanti momenti? Ismael iste Judæis

VERS. 15. — IVO NUNC, q. d.: *Per te mihi liceat ire* (4).

erat, ad regiam Davidis familiam pertinens, ut mox videbimus 41, 1. *Percutere animam* est vulnerare lethalius, ut Genes. 37, 21. (Grotius.)

(4) *JOHANAN AUTEM DIXIT AD GODOLIAM SEORSIM: IVO, ET PERCUTIAM ISMAEL, NULLO SCIENTE, NE INTERFICIAT TE*. ET AIT GODOLIAS: *NOLI FACERE VERBUM HOC, FALSUM ENIM TU LOQUERIS DE ISMAEL*. LOCUS hic moraliter docet cautionem, ne imprudenter cum Godolâ in gravi aliquo damnum incedamus. Nam quavis non liceat faciliè malum suspicari de proximo, et semper

CAPUT XLI.

1. Et factum est in mense septimo, venit Ismael filius Nathanæ, filii Elisamae, de semine regali, et optimates regis, et decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maspath: et comederunt ibi panes simul in Maspath.

2. Surrexit autem Ismael filius Nathanæ et decem viri qui cum eo erant, et percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, et interfecerunt eum quem præfecerat rex Babyloniis terræ.

3. Omnes quoque Judæos, qui erant cum Godolâ in Maspath, et Chaldaeos, qui reperti sunt ibi, et viri robellatores percussit Ismael.

4. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

5. Venerunt viri de Sichem, et de Silo, et de Samariâ octoginta viri, rasi barbâ, et scissis vestibus, et squallentes: et munera et thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

6. Egressus ergo Ismael filius Nathanæ in occursum eorum de Maspath, incedens et plorans ibat: cum tamen occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7. Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismael filius Nathanæ circa medium lacu, ipse, et viri qui erant cum eo.

8. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerant ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumentum, et hortel, et olei, et mellis. Et cessavit, et non interfecit eos cum fratribus suis.

9. Lacus autem in quem projecerat Ismael omnia cadavera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum replevit Ismael filius Nathanæ occisis.

10. Et captivus duxit Ismael omnes reliquias populi, qui erant in Maspath: filias regis et universum populum, qui remanserant in Maspath: quos commenderat Nabuzardan princeps militiæ Godolæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismael filius Nathanæ, et abiit ut transiret ad filios Ammon.

11. Audivit autem Johanan filius Caree, et omnes

propensiores esse debeamus, ut ejus facta magis in bonum quam in malum interpretemur; tamen propter periculum quod ab alio imminere potest, prudenter et circumspecte semper agendum est. Itaque Godolias, licet non debebat permittere, ut ex solâ suspitione Ismael occideretur, tamen debuisset eum in custodia asservare: et causam diligenter inquirere, ut scilicet sibi cavere. Et hæc imprudentiam et stultam securitatem etiam Sapiens damnat, Proverb. 22, dicens: *Callidus videt malum, et abscondit se; innocens autem pertransiit, et afflictus est*. Vili callidus pro prudente, et innocens pro imprudente et incauto sumitur, ut eo loco etiam annotatum est. (Estius.)

CHAPITRE XLI.

1. Et il arriva dans le septième mois qu'Ismaël, fils de Nathanias, fils d'Elisamae, de la race royale, accompagné de quelques grands de la cour du roi, vint à Maspath avec dix hommes vers Godolias, fils d'Ahicam; et ils mangèrent ensemble dans cette ville.

2. Et Ismaël, fils de Nathanias, s'étant levé avec les dix hommes qui étaient avec lui, ils tuèrent à coups d'épée Godolias, fils d'Ahicam fils de Saphan, et ainsi firent mourir celui à qui le roi de Babylone avait donné le commandement de tout le pays.

3. Ismaël tua en même temps tous les Juifs qui étaient avec Godolias à Maspath, tous les Chaldéens qui se trouvèrent au même lieu, et tous les gens de guerre.

4. Le lendemain qu'il eut tué Godolias, sans que personne le sût encore,

5. Quatre-vingts hommes vinrent de Sichem, de Silo et de Samarie, ayant la barbe rasée, les habits déchirés, et le visage défiguré; et ils portaient dans leurs mains de l'encens et des offrandes, pour les présenter dans la maison du Seigneur.

6. Ismaël, fils de Nathanias, sortit de Maspath pour aller au devant d'eux: et il marchait en versant des larmes; et les ayant rencontrés, il dit: Venez voir Godolias, fils d'Ahicam.

7. Lorsqu'ils furent arrivés au milieu de la ville, Ismaël, fils de Nathanias, les agrippa, avec le secours de ses gens, vers le milieu d'une fosse.

8. Mais il s'en trouva dix d'entre eux qui dirent à Ismaël: Ne nous tue pas, parce que nous avons des trésors dans nos champs, des trésors de blé, d'orge, d'huile et de miel. Et Ismaël s'arrêta, et ne les tua point avec leurs frères.

9. Or la fosse dans laquelle Ismaël jeta tous les corps morts de ceux qu'il avait tués à cause de Godolias, est celle-là même que le roi Asa avait faite à cause de Baasa, roi d'Israël; et Ismaël, fils de Nathanias, la rempli des cadavres de ceux qu'il avait tués.

10. Et il fit prisonnier tout ce qui était resté du peuple qui était à Maspath, les filles du roi, tout le peuple qui y était demeuré, dont Nabuzardan, général de l'armée des Chaldéens, avait donné le soin à Godolias, fils d'Ahicam; et Ismaël, fils de Nathanias, les ayant tous pris, s'en alla pour passer vers les enfants d'Ammon.

11. Mais Johanan, fils de Carée, et tous les princi-